


151

b

24



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 24






Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 24



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 24



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 24





~~V. 141 b~~


~~171 g. sybis~~


157 D-24


CA 235














Baptiste Bātuanī Carme
lite De vita diuī Iodouici morbioli Et ad magni
ficū Iasonem Castellum patricium Bononien-
sem de contemnenda morte. Eiusdem in diuum
Albertum Carmelitam. Et contra poetas impu-
dice loquentes Carmina.



**Epigrāma Iudoci badij Ascensij ad Calliopeā
de auctore sequētis operis in grō Baptista Man
mano.**

Desine castalios tantum celebrare siquozes
Desere parnasi calliopea iuga
Te baptista vocat quo vate superstite sanctus
Mons Carmelus habet quicquid apollo potest
Quicquid apollo potest. quicquid concessit homero
Virgilio quicquid contulit ille potest
Fac age diuinis dum subligis oia rebus
Percurrat nitida plectra sonora manu
Fallat quate tuum vix posse sonare putares
Phœbum vel doctas ludere pieridas
Orpheus inferno potuit si educere manes
Loniugis. ille animas carmine in astra vehat
Vates claude auris: hominum ne laude feraris
Nemo tuis meritis digna referre queat
Te decet angelicum carmen. telaurus opima
Oriste in superis parta corona manet
Mantua te genuit magni patria illa maronis
Per te smyrneas mantua vincit opes
Te qm̄ viuo meruit tua mantua. quicquid
Laudis habet latium grēcia quicquid habet
Vive vale felix o nostri gloria secli
Hec inculta hilaricarmina fronte legens.



**Ad Innocentiũ octauũ Pontificẽ marimũ Cul
tissimi viri Baptiste Natuani Carmelite. Theo
logi: de vita Diui Iodouici morbioli Bon Carin.**

Maxime pontificum. triplicẽ qui fronte coronam
Et duo sacrata qui geris arma manu.
Nostra tuis impar meritis facundia: nondum
Ausa est in laudes soluere vela tuas.

Crescat vt: interea quẽdam leuioza canemus:

Parua leuem faciunt ad grauiora viam.

Vadat vt audaci spacioza per equoza cursu:

Discit in exiguo currere cymba lacu.

Non igitur preclara tue primordia dicam

Bentis: et excelsum nobilitate genus.

Non patriẽ innumeras dotes: quẽ sufficit vna:

Classe sua toto bella mouere freto.

Bella mouere freto: partosq; referre triumphos:

Tam valide remos tractat: et arma lygur

Adria: et adriaci meminerunt littoza ponti:

Quam grauis a lygurun venerit vrbẽ furoz.

Lum genuẽ miles terram populatus: et equoz

Opressit venetos obsidione lares.

Pretereo ingenuos mores: mentemq; benignam:

Aureaq; egroto munera missa mihi.

Munera quẽ vires instaurauere caducas:

Et quibus in longos it mea vita dies.

Quale refrigerium terrẽ solet imber aduste

Ferre: sub ardenti cum iacet egra cane.

Tale dedit nobis fuluo piscator in auro:

Qui trahit ex alto retia plena mari.

Donalaborantem: raptosq; in vorrice tortam
In placidos portus restituere ratem.
Prætereo summum terre, celiq; fauorem
Et data virtuti præmia tanta tuæ.
Tu regis æternis immensum ligibus orbem:
Et præmis equali colla superba iugo.
Sancta procul positi subeunt tua lumina reges:
Et pedibus figunt oscula prona tuis.
Næc tamen in tanto tibi mens inflatur honore:
Sed vehitur placida mitis habena manu
Hec: et plura suis olim memoranda diebus:
Nunc sileant cytharæ languida fila meæ
Nunc lege: quæ tenui resides excudimus orsu
Carmina: cælestis de pietate viri.
De pietate viri: cuius mirabilis ardoz
Rettulit in præscum tempora nostra decus
Ipsius illustrat præsentia sæcula virtus:
Et leuat ex imo tempora nostra loco.
Occiderat nostro diuini reuerentia sæclo:
Nullaq; diuini gratia rebus erat.
Pro pietate dolus: pro religione libido
Venerat. ex toto fugerat orbe fides.
Numina ridebant homines. vanumq; putabant
Nota dare auctori religiosa suo
Iste lychaonios mores in pallida mittens
Tartara. virtutes in sua regna tulit.
Qualis in habra mo pietas. vel qualis in ipso
Pectore sacrifici melchisedecis erat
Talis in hoc dum vixit erat. scelus omne subegit
Victor. honestatis protulit omne genus

Huic erat in humanum superans patientia morem:
 Qualis in antique semine gentis erat.
Qualis in egypti patribus: qui rura colebant
 Inuia: et ardenti marmora cocta die.
Nomen erat sacro ductum Iodouicus ab amnes
Hystica cum tenerum diluit vnda caput.
Morbiolus vero prisce cognomine gentis
 Dicitur: hac omnis cognita voce domus.
Protulit: et teneris puerum nutriuit ab annis
 Et natale solum fessina docta fuit
Fessina dicta fuit sermone bononia prisco
 Metropolis tuscedum regionis erat.
Flaminios tractus boi tenuere coloni:
 Et quibus hec vrbi nomina facta ferunt.
Prisca noui casus mutare vocabula possunt:
 Et fieri nouitas a nouitate solet
Tunitium nunc est: **B**yzam dixere priores.
 Urbs noua nunc: olim **P**arthenopea fuit.
Denia que veteri fuerant **B**izantia voce
 Inclita romani nomina regis habent.
Dens huius nec clara fuit: nec nomis expers:
 De medio vrbane sanguine plebis erat.
Non robusta nimis: non imbecilia multum
Membra: nec immensum: nec breue corpus erat
Forma decens homini: coma mento: et vertice nigra
 Crispaq; cesaries: oraq; fusca parum.
Iste sue nuper felicia tempora vite
 Clausit: et ad cocli limina fecit iter.
Ultima seruiuit studijs melioribus etas:
 Immundas habuit prima inuenta manus.

Hancq; venenosi sensit contagia mundi.
Et vada letheę pene subiuit aque.
Prima malis oritur circumdata moribus etas
Et mouet in mentes plurima bella nouas.
Gordet. et ingens scelerum sentina iuuentus.
Nec patitur frenos. nec iuga ferre potest.
Ipsa potest toti tenebras inducere vite.
Et vicij; canos commaculare suis.
Est fera. nec leges. nec publica iura veretur
Squit. et indomiti more superbit equi.
Est igitur primum duris arcenda luparis.
Atq; graui semper sollicitanda metu.
Ne ferat in preceps hominem. subigenda flagellis.
Excrucianda siti. conficienda fame.
Adde. q; humanum rabies temeraria dicitis.
Fallit inaudita calliditate genus.
Hic iuuat inferni riuos ostendere fontis.
Qui stregis in mundum flumina nigra ferunt
Ambitiosus honos. et opes et fęda voluptas.
Hęc tria pro trino numine mundus habet.
Hę sunt precipites furie. quibus vtitur ardens
Orcus. et in terram seminat omne scelus
Hic rapuit misero saphiram cum coniuge vortex
Terraq; mendaces condidit vna duos.
Hęc obscura piummersit dauida vorago:
Hinc salomon preceps iuit in omne nefas
Absolon elati furij; agitatus honoris.
Flebile de querna fronde pependit onus.
Hęc pariunt rixas. rabidis fora linibus armant.
Hęc acuunt acri martia bella sono

Hec adigunt duros hominem tentare labores
Et maris. et terre sollicitare solum.
Huchumana suos vertit prudentia sensus
Huchomines curas. et sua vota ferunt
Te quoq; certarunt hi tres **L**odouice tyranni
Perdere. et in stygios precipitare lacus
Sunt maris. et terre diuisa pericula nobis.
Quemq; suę syrtis et sua scylla manet.
Illicitis virides lucris pessundedit annos:
Et vigil iniustas accumulauit opes.
Fingere. fraudari: fictos componere vultus
Doctus. et incautos illa queare pedes.
Qualiter hyberno lupus insidiatur ouili.
Ad tepidum matris dum cubat agna latus
Taliter ad nummos hic inuigilabat. et istud
Eximia dignum laude putabat opus.
Mercurij tales memorant sub sydere nasci:
Versutos: duplices. fedi fragosq; viros
Callidus ad merces fuit. ingeniosus ad aurum.
Nec minus in veneris gaudia pronus erat.
Talibus insidijs clausus languebat: et istis
Artibus ingenium se inuenile dedit.
Affuit indulgens summi clementia patris:
Et stygio lapsum traxit ab amne pedem.
Seu a virum cęco febris circumdedit estu:
Intimaq; inuasit feruidus ossa calor.
Procubuit lecto: gemitus. lamentaq; surgunt.
Et trepidant alto faucia corda metu.
Arida lingua sitim patitur: suspirat anhelum
Pectus: et alternis vocibus ora gemunt.

Dortepremi: venisse pntat sua fata. diemq;
Funeris: et vite tempora summa sue.
Vertitur ad superos: et numina sancta precatur
Votaq; dat. **R**es est religiosa timor.
Sic quoq; franciscus tenebras pallentes auerni
Fugit: et est tali raptus in astra modo
Sunt qui blandicijs: sunt qui terrore vocentur
Et tamen hos omnes spiritus vnus agit.
Blandicijs simon: flammis: z fulgure paulus:
Qui fuit ex acri fulmine pulsus equo.
Negra caro prodest animo: defuncta reuixit.
Mentis ab egroto corpore nata salus.
Mens oculos in se vertens sua vulnera vidit
Erubuit: sordes ingemuitq; suas
Aetheream pulsa vidit calligine lucem:
Et noua de celo splenduit arcedies.
Dox furoz est extinctus opum: deleta voluptas
Proxia: mundani pulsus honoris amor
Ars hominem diuina nouum formaui: vt ipse
Ad veras patrie nos animaret opes:
Esset z ignauos hoies: qui posset ab orco.
Alectere: ad eterne limina sancta domus
Huius vt exemplo posset resipiscere demens
Felsina: et errozi ponere frena suo:
Felsina querixis. **E**t fuso sanguine semper
Sordet. **E**t eterna seditione fremit.
Felsina que turget fastu distenta superbo:
Felsina **A**uaricie **L**uxurieq; parens.
Dicitibi monstraui sancte compendia vite:
Arq; breue ad cclos insinuauit iter.

Sic deus Albertum drepano concessit: vt omnis
Insula per monitus iret: et acta senis.
Illum magnus erit: illum lilybeus honorat:
Et vada messani libera facta maris.
Sed mihi nunc esset plectro meliore sonandum
Flam modo virtutis singula facta canam
Hec erat heroo res extollenda cothurno:
Nec fuit imparibus commemoranda modis
Cum prius extincto cepit resipiscere mundo:
In piceam vertit tegmina prima togam.
Nec color artis erat: sed vellere natus in ipso:
Qualia carmelus tegmina verus habet.
Post aliquot cepit tunicis albertibus annos
Vestiri: et cultu pauperiore tegi.
Sed neq; mox abiit summam virtutis in arcem
In loca maturo se tulit alta gradu.
Ut maiora potens sumebat robor a virtus:
Sic magis in corpus durus: et asper erat
Arbor vt ex ima radice valentior exit:
Durius est cortex: asperiorq; liber.
Hec duo crescebant pariter: surgebat in horas
Corporis asperitas cum probitate simul
Sicut vbi eaque vitis coniungitur vlmis:
Utraq; certatim tollit in astra caput.
Ipsedecebrales brumas: et frigora iani
In rudibus pannis: simplicibusq; tulit.
Calce tulit nudo gelidi graue sydus aquari:
Frigore concretis cum padus albet aquis.
Calce lutum nudo. glaciemq; ferebat. et imbres:
Tergaq; saxosi puluerulenta soli

Forsitan obijcies nudis incedere plantis.
Qui merces habitant: ethiopumq; domos.
Et qua nilus agros pingui fecundat arena
Qui nigro pluias a garamante vehit.
Qua vetus extruxit babylona semiramis urbem
Tigris vbi armenias in mare voluit aquas
Scimus: z hoc illis placidi clementia celi
Dona locis fecit. temperiemq; dedit
Illic perpetuo vestitur gramine tellus.
Semper z aill id ui munera veris habet.
Semper alunt arabes redolentia cinnama campi.
Semper habet felix pinguia thura solum.
Humida semper habent tepide sua balsama valles.
Semper habet violas. lilia semper humus
Illic rura vides nullis albere pruinis.
Ferre licet nudos illa per arua pedes.
Nostra nimis gelidam regio declinat ad arcton.
Terraq; sub sterili languet adusta gelu.
Nos nimium flatu boreas infestat acuto:
Et vincunt scythicas frigora nostra niues.
Vidimus astricto rapidissima flumina tergo
Ferre viros longis plenaq; plaustra vijs
Pertulit estiuos nudato vertice soles
Atq; caloriferę morbida signa canis.
Vestibus attritis inopes circũdabat armos.
Qui prius ardenti murice clarus erat.
Imperi capiti crines. imperaq; barba
Oraq; neglecte rusticitatis erant.
Expulit argenti zonam splendore nitentem
Funis in immunda forte repertus humo

Loniuge deserta viridi cui nupserat eus:
Duxit ad extremum tempora casta diem:
Et quia non est fas gratis dimitte re nuptam:
Pleriq; hoc illi non licuisse volunt.
Sed scelus est hoc: scelus hoc impingere sancto
Flam' quecūq; fuit causa: pudica fuit.
Sedibus incertis errans aliena subibat
Tecta: sibi ppriam non tulit esse domum.
Urbe vagus: tandem lupari intra limina pauli
Fecit: in obscuro villia claustra loco.
Hec domus ampla fuit: verum breuis: atra: latensq;
Dansio: z in media vix adeunda die.
Legerat hoc: veteris mores imitatus alexi:
Hospicium pallens: multiformemq; casam.
Hæta sepulturæ fuit hæc pallentis imago:
Sic potuit flati flebilis esse memor.
Sic potuit multos animi compescere motus:
Et stimulos tali debilitare modo
Hac rese care solent sancti mala gramina falce:
Et nimis ardentes mortificare focos.
Lectus humus: vel strata solo sarmenta: vel asser
Durus: z ad nudam pallia dura cutem.
Sternebat fragilem stipulam: cum molle grabatum
Debilibus membris posceret egra' caro.
Sic cum sanus erat: sic cum languore cubabat.
Vita fuit paulum deliciosa scelus.
Lerucal' non mollis anas: non plumeus anser: i
Non dedit exuto vellere tonsa pecus.
Sed lapis: aut rigida conuulsus ab arbore truncus
Ne premeret segni membra quiete sopor

Loga fames macie tennes affecerat artus:
Crispabatq; cauam pallida ruga cutem.
Neue famescentem caperent obsonia linguam:
Ibat in appositas multa fauilla dapes.
Neue putes solitum lautis accumbere mensis:
Altius hęc repetam: lucidiusq; canam.
Pinguibus abstinuit: nec viscera contigit ore.
Ne fieret menti sediciosa caro:
Panis: poma .nuces :hortensia gramina raro
Locta: cibus lustris ista fuere tribus
Gramina si coxit nunq; tamen vixit oliuus:
Nulla dedit ventri gaudia: nulla gulę
Squam miserum forsan voluit si mandere piscem:
Torruit ardenti prandia parca foco.
Victus erat: qualem mundo primęua recenti
Terra dedit: falso non vitiatam mari.
An te ratem noes: et fluctus ante marinos:
Quam iuga fatalis ferret in alta liquor.
Tunc erat agresti simplex sub cespite vita.
In lare fumoso: pauperibusq; casis.
Tunc gula parcebat gregibus: securam cubabat
Turtur: et insidias non metuebat aper.
Si pecus occiderat senio. morsu vel luporum
Forsan: et audaci si fera capta manu.
Tergore dirrepto nudatis viscera costis
Dillanianda feris: alitibusq; dabant
Pellibus hirsutos vellabant corporis artus:
Bassagetas contra hystoniasq; niues.
Nulla peregrino rutilabat muricelana:
Nam neq; tingendi velleris vsus erat.

Vestis erat: qualis pecori color ante fuisset
Pastor: erat gregibus concolor: ipse suis
Larica: iuglandes: communia pabula: mensē
Diuitibus priscis: lactea massa faui
Nunc autem rapidi diffusa licentia ventris
Bramen: auem pecudes: deuorat atq; feras
Non mare: non tellus satis est: inuaditur aer.
Preda q; victrici sunt elementa gula.
Arescit aqualiculus: pingues lemargia vultus
Pingit: et ad ventris: pabula semper hiat.
Hinc venus: z veneris proles: z inertia surgit:
Dens hebet: ars dormit: ingenium q; labat
Sed ne forte suo nimium de calle recedat:
Deserat excursus versa carina vagos.
Summa fuit genio fraudes inferre voluptas:
Et parco veneres extenuare cibo
Pocula flumen erat: liquido vel flumine bacchus
Debilis: z cyatho frigida vina breui
Terra est omnipotens: fit inutilis equore bacchus
Propterea nautis preda: iocusq; fuit
Floctibus in lachrymas oculos: in verbera pectus
Soluit: z admissi criminis ultor erat
Lorde graues christi penas voluebat amaro.
Membra q; crudeli dillacerata manu
Vincula: z innocuo currentes sanguine riuos.
Vulnera: z in sacrum spicula fixa caput.
Imbre graues oculos: humentem cede columnam.
Et madidam fluidi roze cruoris humum.
Laptus imaginibus numen conceperat istis.
Plena q; diuine pectora lucis erant.

Pro miseris mendicus erat: pro paupere quæstor.
Diuitijs inopes sepe iuuabat inops.
Languida ne fessam sopirent ocia mentem:
Sculpebat facili candida signa manu.
Effigies albo sacras signabat in osse:
Læstes imitans mente: manuq; viros
Ossibus illorum vultus: sibi reddere mores
Doctus: in officio sanctus utroq; labor.
Heleuis incautam tentaret gloria mentem:
Suspectum armato milite clausit iter.
Nanq; ea virtutum surgit de semine pestis:
Fetus vte pingui noxius exit humo.
Sepius in vanas transit vindemia frondes.
In lolium: segetes degenerare solent.
In vitium: nisi sit virtus abscondita: transit:
Et spoliat mentes gloria vana pijs.
Ipsa suis igitur metuens hunc frugibus imbrem:
Inuenit facilem sedula cura modum:
Nam modo per vulgus pando vectatus a fello
Ibat: et vrbane fabula plebis erat.
Vimine nunc duplici compressus acumina lingue
Per fora cõmunis publica risus erat.
Nunc in vincula manus mittens. ad colla capistrum.
Effigies capti vera latronis erat
Sepe suos hostes bonus hoc stratagemate miles
Vicit. et ex pugna sepe rediit ouans.
Artibus his curas legi subdebat inanes.
Ita rebellantis vincula carnis erant
Dignior est qui se: q̄s qui fortissima vincit
Oppida: nec virtus alius ire potest.

Est hominum natura feror z dura. leonum

Impetus est lenior. tigridis ira minor

Lenturos. hydram. lapitas. nemeq; leonem.

Lacum. z gerionen aer ipidemq; feram

Phlegreos: ericem: volucres. z amazona fortem:

Antem: hesperides, cebaliosq; lares.

Et geminos angues: acheloia cornua: troiam

Alcides domuit: tergeminaq; canem.

Omnia quidomuit veneri seruiuit: z ire

Pertulit hoc nullo victus ab hoste iugum:

Discite quos ducit per sordida lustra cupido:

Quos vaga per prauum semita flexit iter.

Discite quas leges honor: z que loza voluptas

Poscat: ad iniustas quod medicamen opes

Vertice per gressus hominis vestigia sancti:

Vos feret in mores orbita sancta pios.

Hec mala prosperitas grandem latura procellam

Ducit ad ignoti stagna, vadosa freti.

Flectite vela ciri: loca iam male tuta videntur

Excitat iratos sylla propinqua canes

Sancta per hunc sacri creuit reuerentia cultus

Et pietas miro floruit aucta modo

Nanq; salutiferi corpus venerabile christi:

Exigua vetuit relligione coli

Landida solenni celebrentur vt orgia ritus

Instituunt sedas: multiplicetq; focos.

Ardentes statuit lichmos altaria circum:

Ut sacer accenso luceat igne locus

Summa dei claram poscit sibi gloria lucem:

Flamma deo debet: ceditibysq; dari.

Sicut enim tristi nox est eterna sub orco.
Perpetuam celi sic habet aula diem
Taliter immensos superum testamur honores.
Nec minimum lux est religionis opus
Ardentes pedibus nudis orabat ad aras
Ipsa premitens nudo marmora nuda pedes
Interea tremulo torpebant frigore membra.
Et sensim penetrans ibat in ossa rigor.
Fervida diuino virtus accensa calore.
Durabat nullo diminuenda gelu.
Allecebras vite molles deus odit. olympi
Clausa voluptati desidięq; domus.
Sicut in ardenti fenix se collocat igne.
Ut reparet vite tempora longa sue.
Sic meditans longos celi Lodouicus honores.
Omne laboriferum sponte subiuit opus
Nectanta in exemplo. verum et sermone vocabat
Ad superum turbas limina sancta rudes.
Undiq; vicinas studuit documenta per vrbes
Spargere. et extinctam viuificare fidem
Immutine pubes meminuit. lepidiq; propinqua
Genia. et agrestes culta per arua case
Et noua que niueis albet ferraria muris.
Et senior vitreo mantua cincta lacu
Romanis aquile ducibus vexilla. sed isti
Christus in albenti sindone pictus erat.
Hoc in signe manu per rura ferebat et vrbes
Sola docens magni castra sequenda dei
Discite quas curas. quantos conceperat ignes.
Quantus in accenso pectore feruor erat.

Quo studio: quali christum retinebat amore.
Sancta fides animo roborata quanta dabat.
Artibus his animos resides. et surda mouebat
Pectora: et ad celi numina calcar erat.
Et melior nolens alijs: maior reputari:
Sepe aliquod fingit desipientis opus.
Nans sacerdotum sacros ambiuit honores:
Et tumido fastu se simulauit agi.
Non tamen austerę summo de culmine vitę
Decidit: augustum continuauit iter.
Jamq; instare videns supremę tempora vitę:
Letus ad eternas corda leuabat opes.
Lantat: et ingratos vitę finire labores
Destit: vt ad mortis limina venit olor.
Pręmia conspiciens longi sudoris arator.
Gaudet frugiferę messis adesse diem.
Sic alacris nostro fugiens lodouicus ab orbe:
Sibi iucundum significauit iter.
Anxia corda premens vitę iam limina morbus
Leperat et fato callis apertus erat.
Cum domus egrotum miserans tellure iacentem:
Membra deoit molli iam moribunda thoro.
Non potuit plumas: nec linea stragula ferre:
Sed reptans gelidam corpore pressit humum
Corpus ait terra est: humili date corpora terrę.
In sua felici mens eat astra pede.
Post sacros fidei ritus de more peractos:
Mens abiit putri dissociata luto.
Febri: et exiliens late de naribus humor
Sanguineus: inq; stę causa siuere necis.

S i

Exinctum tumulo solenniter funere corpus
Reditur: et celebri condita busta loc
Singula tractanti: nulla ratione tacendum
Quod propriam multo viderat ante necem:
Vidit: et ante nouem dixit sua funera menses:
Et sibi supremam non procul esse diem.
Dens pia subsidium medicę sibi noluit artis:
Doze agates soli fidere docta deo.
Frigus et hibernum tolerat sine crinibus imbrem
Arbor: et exuto corpore nuda tremit
Ast vbi clausa tepens per rura fauonius intrat:
Incipit albenti luxuriare coma
Humida per ligni graciles alimonia venas
Serpit: et imbibitus suscitatur ossa calor.
Purpureum miscet frondis cum flore decorem
Et parit ornatus multicoloris opes:
Taliter hic iacuit plures in gloriis annos:
Et tulit immensum vilis et eger onus.
Sed modo cęlestem post funera sumptus in aulam
Bliscit: et ęterna fertilitate viret.
Sic quoq; defunctum post debita secula corpus
Surget: et antiqua vestiet ossa cute.
Tunc iterum notos animus labetur in artus:
Altaq; terrestri vadet in astra pede.
Flora pruinosa iam luxerat orta nouembri:
Lum leuis ad patrem se tulit vmbra suum.
Lustra decem vitę binosq; peregerat annos
Dęc fuit humane meta suprema vitę
Ante fores petri gelidam conuersus in arcton:
Est locus antiquę religionis opus

Hic iacuit primum: post sex a funere menses
Erutus. et magna conditus defuit.
Hic noua concursu fiunt miracula magno:
Nota q̄ dat sacro felsina tota loco.
Qui venit egrotans. redit ad sua limina liber:
Et miseros homines ossa sepulta iuuant.
Lozipedes: oculis capti: nodisq̄ podagre
Diuinam illabi testificantur opem.
Summa virum probitas. simul et miracula sanctum
Esse probant. fidei si sit habenda fides.
Magne pater. qui res hominum specularis. ab alto
Vertice: consultes iudiciumq̄ feras.
Nam nihil audendum temere. nec dicere sanctos
Conuenit. ascensum numinis ante tui.
Si tamen hunc liceat cęlestibus addere diuis.
Surgeret etatis gloria summa tue.
Si tibi prosperitas. te nestoris: atq̄ sibylle
Secula in eterni nectaris arua ferant
Hectenus hec: olim cum nos donaueris vrbe
Romulea. plectro te meliore canam:

Finis

**Ad magnificū Iasonem Castellū. Patricium
Bononiēsem Doctissimi viri Baptiste Natuāi
Carmelite theologi De cōtemnēda morte Carū**

Quid incres fatumq̄ times oblita tui mens!
Stulta quid hoc tantum debile corpus amas
Dum trepidas: tuus iste dolor mea viscera torq̄s
Efficiunt corpus vulnere mentis iners.

S ij

Desine tristari. fato non omnia parent:
Pars rerum necis est sub ditione minor.
Nam deus imperium vite prestantius esse.
Atque breues mortem iussit habere manus
Unda. solum pereunt: perit humidus ether: et ignis.
Occidit: et quicquid quattuor ista creant.
At quia non isto sunt edita semine: semper
Frons eadem celo syderibusque manet.
Ipse tamen rerum Pater omnia soluere posset
In chaos antiquum: materiamque rudem.
Sed quas ante dedit vult omnia legibus vti.
Naturaeque suum robur inesse finit:
Quae fecit victura manent. nec viribus ullis
Victa: nec a longa sunt peritura die.
Quae mansura minus morituraque condidit. cui
Dentibus: et morbi pondere pressa cadunt
Quae superant ignes: iussit consistere semper.
O: be sub extremo debile clausit opus.
Sunt igitur vite latissima regna: sub astris
Imperat angusto mors inimica sinu
Omnia nec celeri: quae delia circuit axe
Debita sunt fatis: interitumque petunt.
Namque hominum quum sint mortalia corpora. mentes
Aeternum durant. perpetuaeque manent.
Principiis etenim non sunt ex quattuor ortu.
Hoc deus ex nullo semine finxit opus
Quid ingres: fatumque times oblita tui mens?
Stulta quid hoc tantum debile corpus amas?
Quis regit hos orbes. quis lucida sidera torquet?
Dic age quae vires corpora tanta mouent?

Uer autumnus hyems secundaq; mellibus etas
Lurredit has verso quis agit orbe vices!
Corpora spiritibus sunt subdita. corpora mentes
Ipsę agitant. celum mens mouet atq; rotat.
Dens sedet in nitido sublimis vertice mundi:
Atq; suum vegetat: cingit: et implet opus
Lernit et humanos illinc examinat actus.
Huc venit ex illo morsq; salusq; loco.
Orbibus adiungit mentes: animasq; minores.
Et docuit tantę flectere molis iter.
Hoc pariter ventos: hoc nubila: sydus et imbres
Dixit: ab hoc oritur martius igne furoz
Rardius et radijs pallens liuentibus astrum
Soluit: in humanos bella necemq; lares.
Inde fames terris: hinc pinguis pabula surgunt:
Hinc iocus: et requies: hinc dolor: et lachrymę.
Dentibus his igitur leges artemq; mouendi
Tradidit: his mundum motibus ether agit.
Ut regat humanos mens est infusa per artus
Corporis: hęc menti machina parua subest.
Spiritibus maior datur vt maioribus orbis:
Sic animus seruat membra minora minor.
Ipsę potest acrem iram: veneremq; domare:
Subq; suo calcat vota superba pede.
Liuorem: nummiq; sitim: morbosaq; ventris
Gaudia: torpores segnicemq; fugat.
Te deus his tectis mea mens p̄fecit: vt omnes
Arte malos motus ingenioq; premas.
Tu vires effunde tuas. nec cede labori
Ita ministerio credita cura tuo est.

Ut deus: est ether: precium certaminis huius
Efficiant pugnam premia magna leuem.
Vadis in ethereas a corpore libera sedes
Conuenit eternis mentibus ille locus
Celestes anime sociam te in lucida tollent
Atria: felices es habitura domos
Tristibus a tenebris in regna vocabere celi:
Atq; tua tanges astra: polosq; manu.
Agrauibus curis a sollicitudine longa
In requiem venies: pacificosq; lares.
Virgineosq; choros inter spaciabere campis
Elysijs: nonas qua tegit orbis aquas.
Inter abundantes celesti nectare mensas
Stabis: et ambrosia pocula plena bibes.
Colorumq; tuas vox blandior imbuet aures.
Tanta futura tua est gloria: tantus honor.
Quid moeres: fatumq; times oblita tui mens?
Stulta quid hoc tantum debile corpus amas?
Ut fluat in cineres opus est caro: nudaq; neruis
Ossa diu iaceat: atq; tegantur humo.
Nature iubet hoc lex inuiolabilis. atq;
Deu nimium primi nota luenda patris.
Sunt iterum nostre reditura in corpora mentes.
Fractaq; membra suis restituenda locis.
Sed quid inepta times: non es passura dolorem
Solus inest morti pena timenda timor.
Factimor: abscedat. non sunt in morte dolores
Quid timeat nescit: qui sua fata timet.
Languida nanq; potens ubi vincere pectora languor
Incipit. in toto corpore sensus hebet.

Bugnaq; iam cessat postq; natura veneno
Lessit. et hostilis abstulit arma manus.
Victa iacet virtus: sine vi subit acria langor
Frigidus: et vitę depopulatur opes.
Mors vbi iam sua signa videt procul arce locari
Ingreditur placido pallida membra pede.
Langorem cautus necis armiger: impia fur tim
Lastra mouens: hostes obsidione premit.
Non tuba: non litui: non grea cornua clamant.
Non faciunt vllos ora: nec arma sonos.
Viles vt ad muros queat improuisus adesse:
Ipsedeus plantas iussit habere leues.
Lastra necis sunt hec: hoc milite p̄glia miscet
Langor: et armigeram mittitur ante necem:
Defragili velox animi fuga corpore mors est
Expectanda magis: q̄ metuenda viro.
Siqua ferunt egri vicinę tempore mortis:
Non facit immensus horrida signa dolor.
Occurrunt varię: quasi somnia vana figurę:
Perturbantq; animos incutiuntq; metus.
Propterea multos speculis audiuius altis
Sepius et summo desilię seloco.
Hoc facit illudens fallacis imaginis erroz
Et pauor: occulto formaq; falsa modo.
Et stipule medio cernuntur in igne moueri:
Et neq; tristitias nec doloꝝ vllus inest.
Quid moeres: fatumq; times oblita tui mens:
Sulta quid hoc tantum debile corpus amas?
Quare ita degeneras vt ames mortalia tantum:
Nec videas ortus principiumq; tuum.

Ignea quum tibi sit vis et celestis origo:
Quid cupis hac lutea viuere clausa domo?
Quid tibi cum sacis: quid cum tellure lutoq;
Ipsa dei vultus effigiemq; geris.
Ista relinque feris. tua sunt celestia recta.
Non patria est nobis terra. sed exilium
Quid precor exiliū patrię pponere maus?
An tibi exilium dulcius est patria?
Expectat te summus apex. te regia cęli.
Clamat. et eterni curia sancta patria
Dic age iacturam quid amas: tua damna quid optas:
Nonne putas. summo damna carere bono?
Dic age quid trepidas mea mens ad amica venire
Limina: quid pnam suppliciumq; times?
Sordida si frons est. si sordida crimine vestis
Lorde dole. **C**rimen diluit omne dolor
Scimns em̄ que sit nostri clementia patris.
Quā sit ad nostras prona fauensq; preces
Lorda deo dabitur. lachrymisq; litabimus illi.
Vult humiles animos. vult pia vota deus.
Siluges. pater indulgens scelus abluat omne.
Et redit in vestes gratus et ora color.
Quid moeres. fatumq; times oblita tui mens?
Stulta quid hoc tm̄ debile corpus amas?
Virga recens zephyris: at neruo vincitur arcus:
Igne calybs: adamas sanguine: **L**orde deus.
Grata deo non sunt fumantia thura: nec arę
Nec sacra: si cordis religione carent.
Ledite terrene: turpissima vincula: cure
Ledite: nec mentes sollicitate pijs.

Nomen. forma. salus. honor. atq; potentia. regnum:

Et magnę fato subiiciuntur opes.

Nec pereunt: tu sola manes. tu nata tonantis

Dens mea fronte hilari regna paterna pete.

In gremium patrisq; sinus. et in oscula cures.

Surget in amplexus regia tota tuos.

Fronti sarta dabunt humeris velamina. crescent

In reditu plausus leticieq; tuo.

Tantus enim sanctos amor et concordia clues

Jungit: vt vna omnes mens animusq; liget.

Vnius in cunctos serpunt bona. qui datur vni

Bitia cunctorum pectora mulcet honor.

Propria virtutum variant insignia quosdam.

Sed tamen ex illis publicus exit honor.

Vadelibens r sponte pedem trans sordida mitte

Limina: nec mortis nomen inane time:

Fratri Baptiste Mantuani Carmelite theolo-
logi in diuum Albertum Carmelitam

Quæntis augusti redeunt honores
Fulget auleis paries et arę
Ignibus lucent thymiana nubem
Fundit odoram

Letus alberto populi frequentis

Vota persoluat referatq; grates

Et salutaris veniant ad vnde

Docula turbe

Sapphiciis ergo modulemur hymnis

Arus tam claro decorata partu

Prolis: et nunq; celebranda dignis

Laudibus acta

C. i

Hinc lenat frontem **L**ilybeus altam
Arduas illinc **E**rycis cacumen
Despicit rupes **D**repanumq; curui

Littoris urbem

Qua vident phœbum siculi cadentem
Atq; **D**idonis tyrię superbum
Littus: et regnis inimica semper

Regna latinis

Inde preclarum genus inde sanctę
Traxit albertus documenta vitę
Atq; carmeli fuit et sicane

Blozia terre

Cum puer septem superesset annos
Dore baptistę fugiens paternum
Lumen ad sacram properauit almę

Virginis Aedem

Hanc palestini tenuere patres
Qui per occultas habitare valles
Vatis helię studium secuti

Ante solebant

Landido velans humeros amictu
Vertit ad mores tenerum seueros
Corpus: et canos iuuenilis etas

Induit annos

Vicit altricem scelerum iuuentam
Atq; fallaces herebi figuras
Cum puellari redimita cultu

Venit imago

Semper a curis animum caducis
Flexit ad vitę studium beatę



Risit humanę genus offine laudis

Risit honores

Per uigil somnos abigens inertes

Uel pios ibat manus in labores

Uel reuisebat meditans vtrunq;

Lingua volumen

Feruidam ventris moderans orexim

Fluminis potu tenuiq; mensa

Debiles raro recreabat egri

Corporis artus

Regis preuit thalamum puellę

Arua thesauros pariq; fultas

Porticus sapis: tyrioq; vestes

Purice tinctas

Ibat in casus patienter omnes

Prosperam sortem tulit et sinistram

Sicut inuicto scopuli marinos

Pectore fluctus

Criminum nullo superatus aestu

Dapinos cęli meruit fauores

Et potestatem superima mundi

Regna minoris

Spiritus iacto vitreum lapillo

Fregerat lychmum puero legenti

Nocte lucentem tenuiq; lumen

Igne ferentem

Frusta collegit puer et silenter

Tristis effudit lachrymas ad aram

Frusta coniunctis coiere labris

Corpus in vnum

¶ ¶

Arua **H**essane cruciata longa

Dortis erumna: meminere quando

Vexit ignotus pelagi per vndas

Fauita fruges

Liuitas duro famis in periclo

Doxerat tristi peritura fato

Dotus **A**lberti prece supplicantes

Audijt ether.

Tota vicini regia **P**elori

Risit ad tante subitum salutis

Funcium: verse petiere prore

Littus iberum

Languidos pota reparauit vnda

Inde translatus fuit ad nepotes

Dos: vt vndanti fluuio quotannis

Labra coronent

Transijt siccis rapidum per amnem

Passibus: castum tulit vnda corpus

Militat casus pietas inermis

Tuta per omnes

Ora leprosis populata squamis

Osculans: tetra cute senientem

Depulit morbum: nituitq; primo

Corpus honore

Spiritus aule stygie procaces

Qui sub humanis violenter audent

Inquietantes habitare membris

Trusit ad orcum

Jura nature rigidamq; legem

Dortis: et fati validum potentis

Robur inflectens animam latentem

Traxit ab orco

Tale mirati facinus profunde

Judices noctis timuere rursus

He dei proles iterum silentem

Auferet umbram

Sponte non villo ferientis ictu

Aera de summis sonitum dedere

Turribus. quando superum petiuit

Spiritus arcem.

Ante conspectum populi frequentis

Ad viri funus cecinere laudes

Funcijs summo tenuem per auram

Aetherelapsi

Corporis manans odor insepulti

Extitit multis medicamen egris

Ipsa languores varios fugabant

Saxa sepulchri

Ante nocturne referentur umbrę

Et dies phębi fugiente curru

Occidet: q̄ sit recitata tante

Gloria laudis

Hunc ab illustri siculos olympo

Lernit: et curans patrię salutem

Aequor et notę spaciōsa terre

Regna gubernat

Sit precor nostri miseratus qui

Tempus infelix miseramq; sortem

Pestis instantem. famis atq; belli

Auferat iram

Auferat vite scelus expiande
Et suis placans precibus tonantem
Non sinat tantis hominum subesse

Regna periclis

Non sinat gentes Asię superbas
Ferre per nostros truculenta fines
Ora. nec quis violare nostras

Ignibus vrbes

Sed per optatam placide quietem
Pacis: ad mundi melioris altam
Quando supremę volet hora vite

Transferat arcem

¶ Finis

Fratri Baptiste Mantuani carmelite theologi
contra poetas impudice loquites Carmen

Ant quibus eloquię datur aurea vena poeteę
Sed cadit in sordes: inficiturq; luto.
Flam cyprię curas et olentia gaudia ponunt:

Claraq; tam fędo mergitur vnda lacu.

Hoc decus hoc animis carmen celestibus aptum

Rebus in immundis degenerare nefas

Dona dei carmen nitidum facundia prestans

Differtur ex astris a superisq; datur.

Est tuba romanę fidei legumq; poesis.

Que canat heroę sacra deumq; pede.

Carmina que sanctos deus ipse parauit ad vsus.

Impia mortiferi criminis arma facis:

Quid maculas turpi diuina libidine dona:

Quid teris immundo munera tanta pede:

Non ita hieremias docuit. non thracius orpheus:
Non ita Jessei regia musa senis.
Sancta pphanari scelus est delebile multo
Verberere: supplicio culpa pianda graui.
Vita decet sacros et pagina casta poetas
Castus enim vatum spiritus atque sacer.
Si proba vita tibi lasciuiaque pagina: multos
Efficit incestos: in veneremque trahis
Verba mouent animos oris lasciuia pectus
Pulsat: et in venas semina mortis agit
Improbis has sordes in carmina seminat orchus
Lui studium mentes commaculare pius
Non secus ac vitreum si quis vult ledere fontem
Proijcit in dulces putre cadaver aquas
Hoc animaduertas quicumque poemata condis
Est opus: a stygio fer procul amne pedem
Pelle pharetrati cum matre cupidinis arcum
Atque dionego subtrahere colla iugo
Dater adulterij veri uis est stuprique reperit
Atque lupanari fornicibusque fauet
Casta dei genitrix castus regnator olympi
Dens capit ambrosias non nisi casta dapes
Lex venerem festis vetat exercere diebus
Sacra ministroz corpora casta volunt
Pierides castę: castę libetrides unde
Tota pudicicia in vera poesis amat
Est helicon virgo: virgo peneia daphne
Castalides aiunt virgine matre fatas
Ite procul veneris vates heliconis ab amne
Virgineus vestro legitur ore liquor

Non hederę vobis phębi non cōuenit arbor
Non amat incestas casta corona comas
Tarus olens. eruca salax. grauis herba cicutę
Sordidulos vates talia ferta decent
Salmacis est vobis **H**elicon. date vota priapo
Hellespontiacis ponite thura focis
Sit liquor **A**sphaltis vobis prophocidis vnda
Stringit vbi infames sulphuris ardoz aquas
Desine .pone lyzain vates insane. nec vltra
Lum stygijs dirces flumina iunge vadis
Prostituis musas meretricis imagine facta
An-te cauernosi fornicis antra locas
Frangis honestatem frontis gremiumq; sinumq;
Soluis z infames mittis in ora modos
Omnia das turpi musis loca sacra **D**ione
Atq; pudicicię non sinis esse locum
Propterea merito pro vate vocabereleno
Elogio sceleri conueniente tuo
Silegeret casu spurcum **L**ucretia carmen
Contereret presso carmiua lecta pede
Quod prohibet fieri qđ vult natura taceri
Promis: z vrbaniū mellifluūmq; putas
Falleris haud aliter q̄ qui pro piscibus hydros
Pro violis tribulos aut aconita legit
Iocanis a sola quod sit meretrice videndum
Quod nisi lasciua non queat ore legi
Iprocul a grauium cętu scelerate virozum
Fer procula sacra religione gradum
Hęc leuitas grauib; sit pernicioza poetis
Nanq; leues studio credimur esse pari

Non bene de fidei rebus sentire putamur
Innocui culpe ledimur ense tue
Hi veriti non sunt sanctas per scorta forozes
Ducere. 7 ad tantum sollicitare nefas
Vina **D**inallonie vobis dant cretica bacche
Et vetat infundi sordida thyas aquam
Taledocet semeles puer 7 lemargia carmen
Bechidas 7 veneres ista poesis olet
Lastalium veri potant non vina poete
Sobrietas fons est ebrietasq; merum
Qui bibit assidue gelidis de fontibus vndam
Et vitreo siccam diluit amnesitum
Carmina casta facit veneris commercia vitat
Flec mouet ad versus ora pudica leues
Vina iocosq; canunt veneris **B**acchiq; poete
Quod latet in vapidio pectore carmen olet
Hisunt quos statuens sancti consortia cetus
Esseproci iusta iussit ab vrbe plato
Fautores scelerum corruptoresq; iuuentem
In mala deceptum plurima vulgus agunt
Dumq; licere volunt suasit quecunq; voluptas
In mores acuuunt spicula multa pios
Improba garrulitas verbisq; procacibus ardens
Seminat in sanctam noxia verba fidem
Imiser 7 veniam superos pro crimine posce
An te flagellati vulnera quinq; dei
Voce genu flecto lachrymis 7 pectore tunso
Fletibus erroris damna repende tui
Larmine qui celebrat vesana cupidinis arma
Et veneri neruos ingeniumq; dicat

Viciacit insaniam violas: in sterco amomum
Atq; sub obsceno s lilia verna sues
Sulphuream lethes haurit de fontibus undam
Et stygiam lato gutture potat aquam
Se facit indignum superos qui cernat z astra
Flam miser in solam lumina vertit humum
Transfugit a superis ad limina ditis: z ardet
Gaudio contempto luxuriosa deo
Est opus ardentem frenis arcere iuuentam
Nec sinere in mores laxuriare malos
Collige terrenis mictum de sordibus aurum
Bemmaq; in illustri splendeat ista loco
Est deus est trinum semper laudabile numen
Unde trahunt rerum semina prima genus
Spirituum soboles celiq; decemplicis astra
Astorumq; vices multiplicisq; vie
Sunt anime diuum nitido quis ethere virtus
Donat: z hos sanctos indigetesq; vocant
Et que materiam prebent elementa caducis
Rebus: z eterne dant alimenta neci
Sunt erebi manes: sunt tartara nigra: lacusq;
Sulfurei: et nigri regna profunda iouis
Sunt loca penarum: sunt alte ergastula mortis
Sub quibus eterno lucifer igne calet
Sunt scelerum in pene tormentaq; debita nostris
Sordibus z veneri carminibusq; tuis
Sunt ea que profert aer que parturit equos
Que generat pingui deo dala terra sinu
Multicolor: facies agri sylueq; comantes
Multisonę volucres. multiuagęq; fere

Sunt sopherie partes. est ingeniosa mathesis
Verbaq; clamosi litigiosa fori
Sunt hominum vite: sunt digna negocia versu
Plurima gesta foris: plurima gesta domi.
Collige diuoz mortes: et fortia facta:
Indyta martyrij bella rubentis habes:
Jugera multiferę tibi sunt telluris et horti:
Flauium merces veliuolumq; mare
Sunt tibi pampineo vestiti palmite colles:
Sunt iuga: sunt valles: multicomūq; nemus
Arua lacus vrbes: castella. suburbia ville
Sunt caua. sunt tenui flumina pressa vado
Elige de multis aliquid. tibi copia rerum
Daxima: materiam carminis ista ferent
Fata freto venus est: veneremq; sub equora mitte
Infima qua nigris pallet abyssus aquis
Iocane quod tetrici possint audire Latones
Quod probet hippolyti penelopeq; pudor
Tunc ego te vatis dignum cognomine dicam
Tunc tua cantari digna poesis erit
Tunc heliconia bibes: castisq; rigaberet lymphis
Si venus in versu non erit vlla tuo.

¶ Finis

**¶ Impressum Dauentrie per me Jacobum
de Breda. Anno dñi. M. cccc. xcviij. P**

[Faint, mirrored text, likely bleed-through from the reverse side of the page]

